





~~2/1~~ EX BIBLIOTH.  
NATIONIS HUNGAR.

VITEBERG.

V-2

SIGNAT. MDCCCXIII.





# Epicedia

in

Præmaturum, sed beatum obitum

NOBILISSIMI LITERATISSIMIQUE

JUVENIS,

**DN. CHRISTIANI  
SOVVITSCHII,**

SEMPRONIENSIS HUNGARI,  
PHILOS. ET SS. THEOL. STUDIOSI,

VIRI

MAXIME REVERENDI, AMPLISSIMI ATQUE

DOCTISSIMI,

**DN. CHRISTOPHO-  
RI SOVVITSCHII,**

Serenissimorum Regum ac Princi-  
pum Legatis & Ministris, qui in aula Augusta ver-

santur, à sacris, nec non Sempronienſis Eccleſiæ

Auguſtanæ Confefſioni addictæ Paſtoris

optimè Meriti,

**Filii Deſideratiſſimi,**

*Ipsiſ Exequiarum ſolemniſ,*

*ad VII. Eid. Decembreiſ, A. O. R.*

*clccc LXXXIX.*

exhibita

à

**PATRIBUS ACADEMICIS, PATRONIS  
ATQUE FAUTORIBUS.**

WITTENBERGAE,

Prælo excudebat MATTHÆUS HENCKELIUS, Acad. Typogr.





Epicedia

in

in

DN. CHRISTIANI

SOVITSCHEI

PHILOS. ET SS. THEOL. STUDIOSI

VIRI

MAXIME REVERENDI, AMPLISSIMI ATQUE

DOCTISSIMI

DN. CHRISTOPHO

RI SOVITSCHEI

SECR. CHRISTIANITATIS REGNI AC PRINCIPALITATIS

AVGUSTANA

PHILOS. ET SS. THEOL. STUDIOSI

PHILOS. ET SS. THEOL. STUDIOSI

Fili

ATQUE PATRONIS

ATQUE PATRONIS

ATQUE PATRONIS

ATQUE PATRONIS

ATQUE PATRONIS

ATQUE PATRONIS





**H**opes ut ad nostras properat SO-  
VVITSCHIUS oras,  
Ut culti modulos explicet ingenii,  
In medio vitæ & studii surgentis eodem  
Moxabit, & cœptum morte coarctat  
iter.

Nobile Carpathiæ cœlo Germania pignus  
Transcribit, placida quod tumulatur humo.  
Invidet admissum patriæ Viteberga nepotem,  
Qvoque ierat, prohibet posse redire via:  
Quemque sibi haut poterat vivum, nunc servat ademtum,  
Exuvias inter vivat ut ipse suas.

JO. GODOFREDUS BERGER, D.

h. t. ACAD. RECTOR.

**V**lta quid est *Homini*? *Morborum lerna malorum!*  
Tingatur nitido pulchra colore licet.  
Hic color ah! *mortis* subitis abstergitur undis,  
Nullus post *mortem* durat in ore color.  
Vult igitur *Sapiens* morier *juvenilibus* annis,  
Exiguo numero sic *mala luctus* habet.  
*Ingenio pollens* SOBITSCHIUS illa fatetur  
Facto, non dicto, dum *Juvenilis* obit.  
O quam multa perit *Luctus* occasio NOSTRO,  
Dum petit *ethereas*, absque dolore, domos.  
Soletur *Dominus* confusum *Morte* PARENTEM,  
Eriget HUNC NATI *Vita Beata*, DEUS!

Johannes Deutschmann / D.

EPITAPHIUM.

**A**ccipe defuncti placido mea membra sepulchro,  
A Patria semper terra secunda mihi!  
Hic ego, dum ægroto licuit mihi vivere, nunquam  
Sensi securos molliter ire dies:  
Sed nunc optati capiendo gaudia coeli  
Sentio perpetuos molliter ire dies!

D. GODOFREDUS Strauß.



**I**lli, quem lætus pridem sub tecta recepi,  
Funeris hospitium mox mea facta domus.  
Heu versam rerum faciem; durissima fata,  
Quæis hominum mirè volvitur omne genus!  
Nil juvat interea mentem confundere curis,  
Atque gementis aquæ rore rigare genus.  
Jovæ ex arbitrio solatia poscere luctus  
Præstat, & humanæ sortis habere modum.

*G. Michael Heber, D.*

**E**s felix laudum tanto cumulatus honore  
Perpetuis merito jam fruiture bonis.  
Corpus habet tellus, animam cœlestia regna,  
Hic sedes proprias singula rite tenent.

JOH. HENR. BERGER, D.

**N**on decet humanis quæquam confidere rebus,  
Quas labor & fati vis inopina rapit.  
Hinc Salus una manet Mortales, orbe delicto,  
Spes confixa DEO gaudia mille parit.

*Michael Sennertus, D.*

**C**ur humectatis sic flectibus ora genasque?  
Nullus enim immodici, pariunt quem funera, luctus  
Ufus: in has nunquam quis luminis editus oras,  
Sævas qui potuit Mortis vitare sagittas.  
Hæc super una piis est consolatio firma,  
Quòd, licet in terris sint corpora nostra sepulta,  
E tumulis iterum tamen ista resurgere scimus.  
Quandoquidem ergo DEI sic facta est sancta voluntas,  
Nequaquam fas est nos reclamemus eidem,  
Ast oremus eum potius noctesque diesque,  
Tam placidâ quoque nos claudamus lumina morte.

*Condolentia erò  
scribeb.*

*CASPAR LYSER, D.*

**T**ristia dum Vestri defletis fata, Parentes,  
Non licuit Natæcernere justa probi.  
Mittite sed lacrymas: Postus ceulilia solo  
Non-patrio longè pulchrior ille micat!  
Spiritus in cœlis æterna pace triumphat,  
Fessaq; felici membra reguntur humo.

*Condolendi causâ  
f.*

**ANDREAS SENNERTUS,**

Acad. Senior, & L. L. O. O. P. P.

Tri-



**T**Ristis Josephum veluti deflevit Jacob,  
Sic Gnatum repetis mœste dolore PARENS.  
Ast, ut vivebat Joseph spes una Parentis,  
Sic Natus cœli vivit in arte tuus.

*Constantinus Ziegler / D. P. P.*  
*& p. t. Collegii Phil. Dec.*

**V**indobona ægrotus, Praga dejectus, ad Albim  
Decumbit SOWITSCH; & super astra volat.

Ager obit: terræ corpus mandatur: at ille  
Spiritus in Cœlis vivit ovatqve simul.  
Dic, Pater alme, qveatne alius compendia vitæ  
Quæreere durantis certius, aut citius?

*Dolori leniendo patrio  
deprop.*

GEORGIUS CASPAR KIRCHMAJERUS.

**H**Æc nunc clara mei capias monumenta doloris,  
Et simul has lachrymas, ultima dona cape.  
Tu desiderium nobis heu triste relinquis,  
Non expectata qui modò morte cadis.

MICHAEL Strauch /  
Superior. Mathem. P. P.

**S**I patria est, ubicunqve bene est, ubi mavelit esse  
SOBITUS, vitæ spem melioris habens,  
Atqve ubi lætitia non est mensura, modusqve,  
Ac ubi perpetui gaudia veris agunt?  
Ille quidem patria sœvissima tecta reliquit,  
Et nostrum ad Pindum nobile cepit iter:  
Sed meliora petens & nobiliora relictis  
In Cœlo patriam jam novus hospes habet.

f.

Christianus Röhrensee / P. P.

**N**on moritur, quem Numen amat, quem vivida Vir-  
tus  
Perpetuò in memori pectore & ore gerit.  
Non moreris, Juvenis, nostro carissime Pindo;  
Eripiare licet corpore, mente manes.

THEODORUS DASSOVIVS, P. P.

**P**annonia auspiciis magni dum Cæsaris arctis  
Thræicii gaudet vinculis erepta Tyranni,  
Atqve triumphali cingit sua tempora lauru;  
Auspiciis Christi vinculis nunc solvitur illis  
Pannonius, miseram multò quæ pondere mentem  
Lassant, cœlesti victor potiturqve coronâ.

MARTINUS KNORRE,  
Math. Infer. P. P.

B

Exem-



**E**xemptus sævâ nullus vi mortis habetur  
Ordo: Sic manes quisque suos patitur.  
Sed qui spectas hæc lugubria busta, viator,  
Defuncto hinc abiens molle precare solum!

JOH. CAROLUS NÆVIUS, D.

**D**Er einen weiten Weg aus Ungern ist gekommen  
Unlängst an diesem Orth / und wieder heim gedacht /  
Den hatt der Todt gar baldt von uns hinweggenommen  
Und eh' man sich versahn / es mit Ihm ausgemacht;  
Wenn ausgemacht es heist / daß Er vollkommen worden /  
Und den gefestten Zweck erreichet vor der Zeit /  
Er fürchtet keinen Todt / sist in der Engel-Orden /  
Vertauscht das eitele mit selger Ewigkeit.

Gottfried SVEVUS, D. Academ.

Witteb. & Consistor. Eccles. ibid.

Protonotarius.

Des Seelig verstorbenen lehtere Worte:

**N**un gute Nacht O Welt! mir liebet abzuschneiden /  
Numb auff der Sternen-Urw mich ewig lang zuweiden /  
In dir ist weiter nichts / das meinem Sinn gefällt  
Als bloß dis Seegen-Wort: Nun gute Nacht O Welt!  
Sieh / wie mich francken doch mein Iesus an sich reizet /  
Wie Er so ungeruht nach meiner Seele geizet /  
Sieh iho bin ich schon den Seinen angefellt  
In Engel gleichen Schmuck / nun gute Nacht O Welt.

Joh. Caspar Brendel / D.

**G**ens vita securâ sumus, mactamur iniqui,  
Nec rea quod iuste terra queratur habet.  
Non studium, pietas, vel virtus fata moratur;  
Vivimus & querulo corpore vita dolet.

G. T. ALBERTI, D.

**C**Lari dum de Te Genitores optima sperant,  
Occidis, & terram deseris ante diem.  
Sic equidem fallis spem præcipitasque Tuorum:  
Sed Tibi spes sancto maxima parta polo est.

Christianus VVarlitz, D.

Archiater.

**F**undite largi fluos fletus Heliconis Alumni,  
Tundite nunc tristi pectora vestra manu:  
Cultorem vestrum in primævo flore juventæ,  
Parcere non potuit, Parca maligna rapit.  
Verùm quid planctus? non fas lugere beatum:  
Ossa tegit tellus; mens tenet astra Poli.

PAUL. GOTTFRIED SPERLING, D.

Æthe-



**Æ** Thereis tandem felix allaberis oris  
Satis agitatus fluctibus  
Morborum! permulta viæ post tædia fessus  
Viator intras patriam.  
Gratuler an doleam? potius tibi gratulor istam  
Felicitatem cœlicam;  
Plena hæc ærumnis somnoqve simillima vita est,  
Exordio, exodio suo.  
Qvi terræ exilium cum cœli sede perenni  
Mutat, satis mutat bene!

Adposuit in honorem beate  
defuncti

*Friedericus Augustus Luedecke / L.*

**I**nfidis terrenis dum valedicere JOVA  
Adqve Sion ducens scandere mandat iter,  
DEVENERANDE Tuum sublatum plangis iniq;  
Et luctu abreptus pectora frustra qvatis,  
Vivit quippe Tuus cœlesti sede receptus,  
Exqve DEI jussu gaudia mille capit!  
Hinc sistas planctus, lacrymarum flumina sistas,  
Utqve decet, placidò tristia corde feras,  
Perpendens animo nutantis tempora Mundi,  
Insimul & tuti gaudia summa poli.

f.

Michaël Godofredus Ziegra/  
Medicin. Lic.

**G**Ratus Leucoreis Sobiecius advena Musis  
Mox rigida morbi cuspide fixus obit.  
Quid jam Pannonios prodest liqvisse penates,  
Cum nullo possis claudere fata loco?  
Quid juvat hoc tantis spatiorum ambagibus unum  
Discere, momento quod Libitina docet.

**G. THOMASII.**

**H**ungara quem genuit tellus: Germana recondit;  
Quid nocet? en Numen quâ patet orbis adest.  
Hunc Clarus pietate Parens emisit Athenas  
Albiacas, Sôphiam ut disceret atqve Sacra.  
Fitqve Sôphus celebris subito, Doctôrq; profundus,  
Qvem longus nunquam Sudor in orbe dabit.

B 2

Hzc



Hæc methodus Sancto placuit 'conclisa Jehova:  
Hæc placeat pariter, Vir Reverende, Tibi.

*Sic officium supremum populari suo persolvebat,  
mestumq; erigebat parentem*

Matthias Christophori,  
Hung. Prætor Witteb.

**A**ls wie so bald vergeht die kurze Lebens-Zeit /  
Die uns hat unser Gott nach seinem Rath bestimmet /  
In dem der schnelle Todt im Augenblick wegnimmet /  
Worauß man längst schon hat die Hoffnung ausgebreit.  
Der Seelige kan des ein klares Beyspiel seyn /  
Als welcher unverhofft in seiner Jugend-Jahren  
Gar zeitig ist erblast und schnell dahin gefahren:  
Und wird ein frembder Sand sein Ruhe-Kammerlein.  
Gott tröste alle die / so über diesen Todt  
Betrübt und traurig sind / Er stärke ihre Herzen /  
Daß sie nicht allzusehr bekümmre dieser Schmerzen /  
Und sey ihr Schutz und Trost in aller andrer Noth.

*mitleidend schriebs*

M. Johannes Hartung /  
Prediger.

**V**ita fugax hominum, foliisque simillima transit,  
Propria nec sedes, nec diuturna manet.  
In cœlo requies simul ac tutissima vita,  
In cœlo stabilis paxque salusque viget:  
His dum perfruitur mens, SOWITZI, Tua diva  
Grator splendentis gaudia certa poli!

M. GEORGIUS DAVID Ziegra /  
Ord. Phil. Adjunctus.

**B**usta Tuum corpus capiunt, sed fidera mentem,  
Morbi quæ fuerat pondere pressa gravi.

*In solatium Maximè Rev. PARENTIS  
lugenti animo dabat*

M. JO. GEORG. Neumann /  
Fac. Phil. Adj.

**M**ultorum sunt vota: Deus, cui fors mea cordi est,  
Sedibus in patriis det mihi posse mori.  
Doctis se præbet rarò fortuna secundam,  
Ut natale solum, quæ dedit, ossa tegat.  
Sæpè procul patriâ mediis solvuntur in undis  
Multùm quassatæ langvida membra ratis.

M. Gerhardus Mejer,  
Fac. Phil. Adj.

Laus



## Tumulus.

**L**Aus Patriæ, Juvenum flos optimus, atqve Parentum  
Omnis in hoc tumulo spesqve decusqve jacet.  
Cui Virtus poterat sævam depellere mortem,  
Hic sua Virtutum lumina condit humo.  
Excesit Patriis, quondam hæc culturus, ab arvis,  
Illius ast aliud nunc tenet ossa solum.  
Quisquis es, ingenii tumulatum plange vigorem,  
Et summam studii spem periisse dole!

Testaturus luctum addebat

*M. Nathanael Zald /*

*Fac. Phil. Adj.*

**Q**ui Patriam linquens cœlum mutarat, ut artes  
Disceret ingenuas, quas Witeberga docet,  
Repperit is veram patriam cœlumqve, nec unquam  
Mutat; nam discens pendet ab ore Dei.

*M. TOBIAS Eckhard /*

*Fac. Phil. Adj.*

**Q**uam Te vellemus, Christus si vellet, ut esses  
Terricola, at Christus Codicolam esse jubet.  
Quis contra hunc, queso, arma ferat, quis dicere con-  
tra

*Ausit, Et esse neget, quicquid id esse velit?  
Nolumus, hinc etiam Te terricolam amplius esse,  
Postmodò quam Christus codicolam esse jubet.  
Pergito; Nil nostrum moveat Te velle, libenter,  
Quicquid Te Christus jusfit, id esse velis.*

Supremis honoribus B. defuncti  
dabat

*M. Joh. Christoph Ernesti,*

*Fac. Phil. Adj.*

**S**i Virtus posset sævas vitare sagittas  
Mortis, defunctus lumen vitale videret.  
Possumus ast nunquam pia fara reducere mortis,  
Optamusqve Tibi quapropter Gaudia Cœli.

*M. ABRAHAM HENR. DEUTSCHMANNUS,*

*Fac. Phil. Adj.*

C

Lu-



**L**udit in humanis Divina scientia rebus  
 Nec Domini nostra est, nec via nostra Dei.  
 Nos jactamur adhuc pelagô; atque pericula mortis  
 Mille inter miseras ducimus usque moras.  
 Ille tenet portum tutus vitæque securus  
 Quod benè perfecit nos meditemur iter.  
 Non rediturus, opes mundi si ostenderis; inter  
 Brachia dum Christi plaudit ovatque sui.  
 Discit & à summô mysteria sancta Magistro  
 Mortali quæ mens corpore scire nequit.  
 Illic degentem chari lustrate Parentes  
 Et gemitus Fidei sistite luce graves  
 Ter felix oculis cujus datur ora tueri  
 Rera Dei veri de facie ad faciem.

*Mestus ap.*


**M. JEREMIAS PILARIK, Hung.**

Sch. Witt. Sen. Col. VI.

**H**ungara quem genuit tellus, quem moribus auxit  
 Imbripolis, tandem Leucoris alma tegit.  
 Communis nobis Schola erat, sed patria dispar,  
 Hactenus & fecit nos Witeberga suos.  
 Si quando eveniat, nobis communis & urna,  
 Communis cæli patria sitq; rogo.

Ita præmaturè, attamen beatissimè è mortalium numero ere-  
 ptum, Nobilissimum DN. SOBITZSCHUM, Commili-  
 tonem & Amicum in illustri jam Ratisponensium Gymna-  
 sio multo desideratissimum docet

**M. Joh. Jacobus Bechler,**  
*Nördlinga - Suevus.*





Mag. VI 9

[= Occasionalia vol. 3  
= Funeralia S - Z]

VD17







113  
Epicedia

in

Præmaturum, sed beatum obitum

NOBILISSIMI LITERATISSIMIQUE

JUVENIS,

DN. CHRISTIANI  
SOVVITSCHII,

SEMPRONIENSIS HUNGARI,  
PHILOS. ET SS. THEOL. STUDIOSI,

VIRI

MAXIME REVERENDI, AMPLISSIMI ATQUE

DOCTISSIMI,

DN. CHRISTOPHO-  
RI SOVVITSCHII,

Serenissimorum Regum ac Princi-  
pum Legatis & Ministris, qui in aula Augusta ver-  
santur, à sacris, nec non Sempronienſis Eccleſiæ  
Augustanæ Confessionis addictæ Pastoris  
optimè Meriti,

Filii Defideratiſſimi,

*Ipsis Exequiarum ſolem nibus,*

*ad VII. Eid. Decembris. A. O. R.*

